Servasanctus <Tuscus de Faenza>: Sermones de tempore et de sanctis cum communi sanctorum

Reutlingen: [Johann Otmar], 1485 Seite 484



templo. sic lapides viui necessario in hac vita quadrantur et poliuntur merito. vel post hanc vitam igne purgatorio antiq̄z supedificentur in celo. Ille igit̄ solꝰ educit vinctos in fortitudine et potest liberare. nos aūt possumus ꝓcurare. et elemosinis et oratōnibus impetrare. sancta ergo vt salubris est cogitatō ꝓ defunctis exorare vt a peccatis soluantur. ij. Macha. xij. O mirabilis cecitas ꝑmittimus immo ꝓcuramus nos ligari funiculis peccatoꝝ et per cōsequens iugo pene et nolumꝰ soluere vincula colli nostri donec facti sumꝰ impossibiles ad soluendū. Ideo clamat. Isa. lij. ca. Solue vincula colli tui captiua filia syon. preueniamus ergo istam necessitatem faciendo dignos fructus penitentie. nec precludamus nobis libertatez ingressus ad regnum. ¶ G Tercio attendendum est debitum insolubile. vñ dicit mendicitate. Nam manente reatu peccati et deficiēte moneta meriti nō possunt soluere quod ab eis exigit̄. nisi ꝑ violentiam supplicij. et dignum est ꝙ quidam cum ociantur tempore vbertatis mundi egeant tempore necessitatis Prouer. x. Qui stertit in estate filius confusionis est O qualis et quanta mendicitas Mendici sunt. et tamen mendicare non licet nisi ꝙ pro eis mendicās eccia clamat. miseremini misereminí ꝛc̄. Job. xix. licet Greg. dyalo. iiij. concedat ꝙ aliqui ex priuilegio speciali obtinuerunt suffragia per seipsos quod eis dispensatiue indultum est ad ꝓcurandum ꝓpriam liberatōem ⁊ propter nostram instructōem. quanto igitur mendicitas maior. tanto in subueniendo pietas virtuosior dicit Augꝰ. de ciui. ca. xv curatio funeris. conditō sepulture. pompe exequiarū. magis sunt viuoꝝ solacia q̄z subsidia defunctoꝝ. et tamem ſm Au. ibidem Thobiā sepeliendo mortuos deuz ꝓmeruisse teste angelo demonstrat̄. Si igitur curam sepulturis impendis. que in quantum huiusmodi partum potest ꝓdesse defunctis est tamen tanti meriti. quantum meritoria est illa pietas illos iuuare. qui iuuare non possunt vt illos expeditos a vinculis postmodum habeamus intercessores in celis. ſm eīn Aug. in enche. c. ix. Non est negandum defunctorū aīmas pietate suoꝝ viuentium releuari. cū pro illis mediatoris sacrificium offertur. hec eadem sententia ponit̄ in glosa Thes̄. iiij H ¶ Quarto attendendum est supplicium incompabile quod signatur in ferro In ꝑsona horum dixit Manasses. ij. paral̄. vlti. Incuruatus sum vinculis ferri. Augꝰ. sup ps̄. Grauior est purgatoriꝰ ignis q̄z quidquid potest homo pati in vita ista Unde est igitur ꝙ tanta pena in momento non expiat peccatum. quoniā misericordia superaltat iudicium Si eīn supplicium statim non purgat omne peccatū illa pena est parum satisfactiua licet multum sit acerba. quia magis est iuste afflicta q̄z sit sponte assumpta. O summa ꝑuersitas recusamus facere penitentiā trepidātes timore vbi nō ē timor. et illa horrenda supplicia ꝑuipendimꝰ in quibꝰ deꝰ armauit creaturā ad vltionē inimicorū. Sap̄. v. Nisi forte aliquis datus sit in reprobrū seusum vt nō credat se viuere pꝰ hanc vitam. Sicut quidam ex ꝓprio intellectu et ex dictatu ꝓprie ratōnis se cōcludūt mortales tanq̄z essent cōuincūt irratōnales. tanq̄z igitur simul vincti mementote vinctoꝝ. ne nos veniamꝰ in hunc locum tormentorū Exemplū. j. Macha. xij. dicentiū. Nos ergo in omni tempore sine intermissione memores sumꝰ vestri in sacrificijs que offerimus ꝛc̄.

¶ De sancto Martino Sermo. l.

IN bonitate et alacritate anime sue placuit deo israel Ecci. xlv. Loquēs ecclesiasticus acta patrū ꝑcedentiū et ipsorum opera nostris auribus ingerēs inter p̄riarchas. ꝓphetas. sacerdotes et reges

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-472/0484
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG